




A. 17.





IOA. LVDOV. SCHVLZE A. M.

PHILOS. P. P. IN REGIA FRIDERICIANA

S P E C I M E N

OBSERVATIONVM MISCELLANEARVM  
IN SVIDAM

CVM  
PROLVSIONE CRITICA

DE  
GLOSSARII A SVIDA DENOMINATI  
INDOLE ET PRETIO.



\* (\*) \* (\*) \* (\*) \* (\*) \* (\*) \* (\*) \* (\*) \*

HALAE MAGDEBURGICAE

EX OFFICINA HENDELIANA.

cis Iccc lxi.





## PROOEMIVM.

**J**N Suida emendando & illustrando tanta fuit superiorum temporum felicitas, ut qui nunc de illo bene mereri voluerit, acta agere videatur. Quae cum cogitarem, specimen hoc obseruationis miscellanearum in Suidam minus laetis auspiciis proditurum esse existimabam. Instituti me poenituisse, fateor, nisi ex ipso Suida, quisquis illum sibi familiarem reddidit, satis intelligeret, multa adhuc in eius Glossario reliqua esse, quae vberiori discussione egent, Criticorumque ingenia exercent. Nitidissima illa & ab innumeris antiquiorum vitiis purgata editio, quam KÜSTERO, Viro egregie de elegantioribus literis merito, debemus, Eruditorum votis non ex aequo respondit. Plura omnino a KÜSTERO praestari potuissent quam praesitit. Nolo equidem IAC. GRONOVII partibus accedere, qui, more suo, KÜSTERI laudibus nimium detrabere visus est: imperfectum tamen hoc opus esse, qui indolem eius satis perspectam habet, haud facile negaverit. Ipsemet KÜSTERVS non in Diatribe antigronouiana solum, sed etiam in notis, quas Suidae addidit, passim fatetur, se ultimam manum huic operi admouere non potuisse. Ex nimia fessinatione innumeros, qui in AEM. PORTI editionem irrepserant, errores, intactos reliquit, eosque nouis subinde auxit, quorum nonnullos FABRICIVS Biblioth. gr. l. IV, e. 40. recenset. Dolendum est, KÜSTERVM tramite illo, quo ire

## PROOEMIVM.

bre coepérat, non progressum, morteque impeditum esse, quo minus supplementa, quorum egregium specimen contra Gronouium edidit, ad finem perduceret. Hoc si ipsi licuisset, multis omnino, quae post KÜSTERVM ad Suidam illustrandum editae sunt, castigationibus & emendationibus supercedere possemus. Rebus itaque sic comparatis gratias debemus Viris Clarissimis, qui, KÜSTERI exemplum imitantes, in Suida expoliendo & restituendo desudarunt. Operae omnino pretium esset, collectis illis, quae IAC. GRONOVIUS, si ab iniquis eius cauillationibus discesseris, LAMB. BOS, IOA. ALBERTI, G. V. ERNESTI, ALEX. POLITVS aliique post KÜSTERI obitum, in Suidam congefferunt, Glossarium eius nouis emendationibus & accessionibus locupletare. Hac maximorum Virorum nomina conatus meis Beneulo Lectori commendandis, inseruient. Scio equidem, me Illis longe inferiorem esse: in rebus tamen arduis cum voluisse satis sit, Specimen hoc qualemque aequorum Lectorum iudicio subiectiendum esse putavi. Quod reliquum est, in eo exarando ita versatus sum, ut in fontes, e quibus Suidam hauisse vidi, quantum a me fieri potuerit, data opera inquirerem; cum Eustathio, Scholiaстis Homeri & Aristophanis, Hesychio, Pollice & Harpoeratione cum conferrem; KÜSTERI aliorumque, e recentioribus, Commentatorum, criticas obseruationes modeste ad examen reuocarem, measque subinde coniecturas adspicerem. Viam aperiendam esse duxi Prolusione critica de Glossarii a Suida denominati indole & pretio, quae eorum usibus inseruiet, qui ad Suidam ipsum nondum accesserunt. In recensendis eius naevis hos mili fines posui, ut quos ab aliis nondum notatos esse perspexi, pluribus exponerem, omissis aut breuiter modo allatis, quae iam a KÜSTERO aki- que dicta erant.

PRO-



PROLVSION CRITICA  
DE  
GLOSSARII A SVIDA DENOMINATI  
INDOLE ET PRETIO.

§. I.



**N**e sine praevio apparatu specimen hoc observationum miscellanearum in Suidam prodeat, breui disputatione de Glossarii, quod sub Suidae nomine innotuit, indole & pretio, viam quasi aperiendam esse existimo. Multa quidem *tum* de Autore huius Glossarii, eiusque nomine ac aetate, *tum* de quaestione illa iam saepius inter Eruditos agitata, an Christianorum sacris adictus fuerit, *tum* denique de fatis, quae Glossarium eius expertum est, disputari possent. Cum vero haec omnia eius sint indolis, ut parum, aut nihil omnino certi in tanta harum rerum obscuritate dici possit, iis haud immorabor, ne quae centies iam dicta sunt, reperendo, nihil agere vider. Otio autem non abutar, si in Glossarii ipsius indolem, & pretium paucis inquiram. Id quidem illis haud in-

A

gratum



gratum fore existimo, qui Suidam sibi familiarem reddere, & hoc literaturae graecae thesauro rite & cum fructu vti voluerint. Multa Suidae cum Hesychio aliisque Glossarum scriptoribus communia, multa autem ei propria sunt: quibus efficitur, vt vix illi, qui his *zeipnktis* iam adfueri sunt, nedum isti, qui Suidae indolem aut prorsus ignorant, aut non satis callent, inoffenso pede in lectione eius progredi possint. Suidae itaque imaginem pingam, & ramam quidem, qualēm non ex aliorum duntaxat mente, sed ex iterata eius lectione, ipsemet cognoui: ita tamen, vt, quae ab Eruditis iam obseruata, & in hanc rem collata sunt, haud negligam.

### §. II.

Ad ea si attendimus, quibus Suidas vna cum aliis Glossarum scriptoribus a vulgo Lexicographorum differt, nescio, an suffragantibus omnibus laude satis dignus sit? Tot sunt eius naeni, qui in attenti lectoris oculum facile incurront, tantaeque difficultates lectionem eius comitantur, vt primo intuita deterreat potius, quam alliciat. *Glossas* enim ordine non vbiique satis concinno disponit; in Interpretationibus nominum graecorum parum cautus est; in producendis scriptorum locis saepius modum excedit, ea que nimium contrahit, haud raro etiam corruptit; sibi non satis constat; in iis, quae ad Historiam pertinent, nimius est, & res sua natura diuersas, temere commisces; verbo vt dicam, imperitum compilatorem multis in locis egisse videtur. Venustate quidem omni caret haec imago, vera tamen est Suidae, vti nemo inficias ibit, qui rem ipsam altius perspexerit. Apage librum tot vitiis scatem! dicentes audio. Cum his, vt in gratiam redeamus, monendum est, haec, quotquot sunt vitia, non Suidae soli, sed

sed illis etiam, qui Lexico eius pannos suos assuerunt, idque misere detruncarunt, esse tribuenda. Huius rei fidem nobis faciunt vetusti Codices, quibus in adornanda praestantissima Suidae editione olim usus est Clar. KÜSTERVS, ad quorum ductum infinitos errores emendauit, multaque omnino praestit Vir egregie meritus. Ne autem temere haec omnia a me dicta esse videantur, singula nunc ordine persequar, & quae sit vera Suidae nostri indoles, pluribus ostendam.

### §. III.

*Glossas ordine non ubique satis concinno disponit Suidas* (§. II.). Iure, si quid video, hoc in Suida reprehenditur, quod autem iis potius virtio verti debet, qui temerario conatu hunc thesaurum locupletare voluerunt, & cum ex antiquis aequo ac posterioris aevi monumentis, maxime ecclesiasticis, nouas Glossas adiungerent, eas loco minus idoneo adposuerunt. Quicquid sit, ea tamen est Lexici huius structura, si ita loqui liceat, & indoles, ut ab aliis magnopere differat. Alphabeticus quidem ordo literarum, ut in huius generis libris fieri solet, fundamentum partitionis est, adeo tamen variat, ut qui in Suida hospes est, infinitas voces frustra quaesiuerit. Non ipsae solum literae, varia-to earum recepto ordine, liberrime dispositae sunt, sed etiam in serie glossarum unius eiusdemque literae maxime arbitraria est vocum successiva combinatio. Quae cum imperitis maxime impedimento sit, nescio cur Editores huius Lexici hoc iugum sibi imponi passi sint, ut turbatum vocum ordinem, qui tamen sine dubio aur ignorantiae, aut supinae negligentiae ortum debuit, seruarent. Ecquis vero Suidam inspiciens, in stuporem non abripitur, si literam Θ post I, literam Ω post O, Diph-

A 2

thon-



thongum E post literam Z, & voces, quae cum A incipiunt post literam Δ demum inuenierit? Nihil dicam de arbitraria & lectoribus molesta dispositione singularum vocum, quae sub una quaque litera itidem ordine suo se exceptere debuissent. Qui absque impedimento Suidam ad usus suos conuertere vult, is ante omnia inspiciat necesse est, quae in limine operis pluribus hac de re motientur.

§. IV.

*Suidas in interpretationibus nominum graecorum parum cautus est (§. II.).* Gratularer omnibus, qui literis graecis fauent, si de Suida iure aliter statui posset. Ne autem iniquus rei arbiter esse videar, iterum, quod iam ansa dictum est, & pluribus infra repetere superfluum fore, monendum esse duco, Suidam saepius hac culpa vacare, eamque in imperitos compilatores, qui Lexicon eius non tam exornauerunt, quam deturparunt, recidere. Antequam vero quae dicta sunt, exemplis e Suida productis muniam, obseruandum est, Suidam haud temere reprehendendum esse, si hanc illamue vocem alio modo interpretatur, quam a reliquis Lexicorum scriptoribus fieri solet, aut nativa vocum significatio postulare videtur. Id minime hoc loco Suidae vitio vertendum esse existimo. Iam dudum enim S. Ven. ERNESTI Vir de elegantioribus literis supra laudes meas meritus, in Disput. de Glossariorum graec. vera indole & recto usu in Interpret. p. 18. Can. I. monuit, Glossatores saepius ad certum aliquem certi Scriptoris locum, aut ad certam aliquam dicendi formam respicere, adeoque interpretationes eorum saepissime vocabulis per se non conuenire. Id potius volo, Suidam vocibus graecis nonnumquam significatus assingere, qui illis numquam competere possunt. His praemissis exem-

plo

5

plo rem illustrabo. Suidas vocem ἀνεκαλάμψτεν positam esse dicit ἀντὶ τοῦ ἀνεκαλέστατο. Perperam. Nihil enim magis a sensu vocis ἀνεκαλάμψτεν aberrat, quam haec interpretatio, cui, me quidem indice, remotior ista toni aequalitas, quae inter ἀνεκαλαμπόμαι & ἀνεκαλέομαι obseruatur, ansam dedit; licet sensu magnopere differant, cum illud *stipulas colligere*, hoc vero *acclamare, reuocare &c.* denoter. Alio modo rem expedire voluit KÜSTERVS ad h. l. „Locus hic „inquit, foede deformatus est, quem sic in integrum restituto. Ἀνεκαλάμψτεν ἀντὶ τοῦ ἀνεκαλέστεν. † Ἀνεκαλέστατο &c. „Haec iusto longius petira esse existimo. Noui scilicet articuli initium facit KÜSTERVS voce Ἀνεκαλέστατο, eamque cum Ἀνεκαλοῦντο. ἐις δικην ἥγον, coniungit. Hoc vero si placuerit, coacti essemus, ad vocem Ἀνεκαλίστατο ex Hesychio iterum supplere ἀπέρεφεν, alias enim minus bene haec vox cum Ἀνεκαλοῦντο coniungi posset. Cum autem hoc modo difficultates augeantur potius, quam imminuantur, breuissima esse videtur via ista quam antea ingressus sum, statuendo, Suidam minus caute hanc vocem esse interpretatum. Huic exemplo ex tot aliis, quae sponte se offerunt, unicum tantummodo adiungam, quod minus incertum est, & ob consensum Pl. REU. ALBERTI CRITICI celeberrimi, facilius se commendabit lectoribus. Πρέβολος εὔponitur a Suida per Ἑξαρχος τοῦ βουλευτηρου, princeps Senatus, quae omnino est falsa interpretatio. Hinc KÜSTERVS bene ad h. l. obseruat. „Haec interpretatio non conuenit „voci Πρέβολος, sed Πρόβολος.., Calculum suum KÜSTERI sententiae adiecit laudatus ALBERTI in Misc. crit. in Suid. ad h. v. eamque consensu Photii & Hesychii satis firmauit. Ita enim Hesychius: Πρέβολος πρόσωπος, πρόμαχος κ. τ. λ. & paucis interiectis: Προβολος. Ἑξαρχος τοῦ βουλευτηρου

**x. τ. λ.** Quae cum sint, ad KÜSTERI & ALBERTI partes, transeo, & hanc vocis Περίβολος explicationem, ut perenne documentum oscitantiae, vel Suidae, vel compilatoris cuiusdam, quisquis ille fuerit, considero. Non est, quod multis contra Suidam disputationem, ipse enim locus, quem sat satis incaute ex Eumapio protulit, docet, vocem περίβολος quae proprie de scopulo prominente usurpatur, hoc loco metaphorice de tutela seu munimento sumi.

### §. V.

*Suidas in producendis scriptorum locis saepius modum excedit, enque nimium contrahit, haud raro etiam corrumpit* (§. II.). Plura hic coniunguntur, quae singula exemplis comprobanda erunt. Ad primum quod attinet, laudem omnino Suidae deberi existimo, qui asserta sua plerumque testimoniis Scriptorum fide dignissimorum superstruit, qua in re Hesychio aliisque Glossariorum auctoribus, qui nomina Scriptorum, e quibus hauserunt, alto premere solent silentio, palmam praeripuit. Autoritate sua parum fretus, omnia fere exemplis veterum, additis subinde autorum nominibus, illustrat Suidas. Tanta vero fuit eius hac in re diligentia, ne dicam superstitione, ut modum fere excecerit. Loca veterum interdum adducit, quibus plane opus non erat, neque vlla probandi vis inesse poterat. Huc refero glossam istam: Ἀλώπηξ τὸν βοῦν ἐλαύνει. **x. τ. λ.** Illustrato hoc veterum adagio, addit Suidas: Κερδέσι συνών τε κερδοστόνην μὲν προσδέκα. Haec verba, quae ex Astrampychi Onirocriticis desumpta sunt, (& monente KÜSTERO ita legi debent, Κερδ. συνών τὴν κερδοτ. **x. τ. λ.**) huc plane non pertinent, sed meliori iure infra ad vocem Κερδῶν vel Κερδοστῶν citari potuissent, vbi tamen non extant. Dici vix potest, cur Suidas hunc versum adduxerit.

rit. Si vero coniecturae locus conceditur, existimauerim, solam vocis Κεχδώ, quae vulpeculam denotat, significacionem haec Astrampyschi verba Suidae in memoriam reuocasse. Eadem aut parum diuersa esse videtur conditio Glossae istius: Φαρμακεῖς τοὺς ὄινοχόους. Τούσδε ἡγυπτίαν.  
vol. n. t. λ. Suidas h. l. vocem Φαρμακεῖς de pincernis seu pocillatoribus explicat, quam significationem minus frequentem verbis incerti autoris munire voluit, quae tamen hanc interpretationem vocis Φαρμακεῖς non admittrunt; ut pote quam hoc loco de beneficis explicare mallem, cum verba, quae Suidas adducit, hunc significatum, sibi omnino vindicent. Ad alteram huius obseruationis partem venio, quae cum plura complectatur, vberiori illustratione indiget. Suidas, si aliorum scriptorum verbis vtitur, ea, vel ob breuitatis studium nimis contrahit, quod obscuritatē parit; vel corrumpit, ita vt nonnūnquam vix diuinando assequi possis, vnde sua desumserit. Haec caussa malorum, hinc illae lacrymae! Qui in expoliendo Suida desudarunt, Eruditi, veritatem huius asserti damno suo satis experti sunt. Tanta est Glossarum quarundam obscuritas, tot sunt loca ex aliis Scriptroribus perperam a Suida citata, quorum aut sedem aut sensum ad hunc vsque diem ignoramus, vt vix vnius hominis opera ad difficultates hasce imminuendas, nedum ad sananda quaevis corrupta loca sufficiat. KÜSTERI indefesso studio, quod Aristophani consecrauerat, innumera quidem Suidae loca ex hoc Poëta emendata sunt, (v. Πάρονος nec non Παραλεκομένος & Φάρμακος) multa tamen superesse, quae nescimus, quis est, qui negauerit? Sed mittam has querelas, & quae supra dicta sunt, exemplis illustrabo. Satis opportune in Glossam incido; Ψύτερος. Ὀσπερ καὶ Τρύτερος Κέρτωνος.

κ. τ. λ.



z. τ. λ. Haec quis intellexerit: *Sanior, ut dicitur quoque, Sanior Crotone?* Ex iis, quae sequuntur, concludimus, Suidam hoc loco adagium quoddam explicare voluisse, quod cum illo ὑγίεσεος Κέρτωνος, aut ὑγίεσεος πολοκύνθης, aliis que huius generis, sensu conuenit. Hoc vero vox ὑγίεσεος sola, nisi alia accesserit, numquam exprimet. Videlicet itaque est, cui veterum Suidas sua debeat, & quae sit vox a nobis supplenda. Succurrit Photius, quo praemunere Ven. ALBERTI permulvis Suidae locis facem praeceps. Ira scilicet emendandus est hoc loco Suidas: *Ὑγίεσεος ὄμφανος παρουσια, ὥσπερ ο. τ. λ.* Vid. Cl. ALBERTI *Miscell.* ad h. l. p. 293. Eodem fere modo Suidas v. *Μουνυχίων* locum ex Harpocratiorum desumptum foede derupravit. Ita enim Suidas: *Μουνυχίων ὁ δεύτερος μὴν παρ' Αἴθνατοις. εἰν δὲ τούτῳ Αἰτέμιδι θένον Μουνυχία.* Errorem hunc Suidae vix ignorare possumus, dummodo eius, non aliorum culpa, irreperserit. Si enim ad fontem, ex quo sua hausit Suidas accedimus, meliora nos docebit Harpocratiorum, cuius haec sunt verba: *Μουνυχίων Ὄπερεινος εἰν τῷ ὑπὲρ Ξενοφίλου. ὁ δέκατος μὴν παρ' Αἴθνατοις οὐτω παλεῖται εἰν δέ τούτῳ τῷ μηνι, Αἰτέμιδι θύεται Μουνυχία.* Munychion itaque non secundus, sed vt ex Harpocratiorum apparent, decimus erat apud Athenienses mensis, quod ex antiquitatibus graecis vnicuique satis notum esse potest. Hunc Suidae errorem dum ante KÜSTERVM notauerat PHIL. IAC. MAVSSACVS in Not. ad Harpocratiorum. p. 218. His denique vnicum adiungam exemplum, quod, me quidem iudice, multorum loco esse potest, & satis comprobatur, Suidam loca veterum non temere solum, & sine delectu in medium producere, sed etiam, dum subobscurae ea tangit, nobis sucum facere. Lectorum esto de hac glossa iudicium: *Διὸς Φίμην ἡ μαντεία. ὁ γάρ*

ο γαρ Ἀπόλων ὑπορήτης τοῦ πατέρος — — Καὶ Ὅμηρος: „Διὸς ἄγγελος ὅσα δεδήτι. „ Quae breuitatis caussa omisi, nihil ad rem praesentem faciunt. Recte quidem exprimit Suidas, quid apud veteres, maxime apud Homerum, Διὸς φύη dici soleat, locum vero, quem ex Poëta adducit, sinistre & parum caute interpretatus est. Nisi omnia me fallunt, ad unum alterumue locum Odysseae, in qua hunc vocis φύη significatum frequentissimum esse perspexi, & forsitan ad Od. i. 100. aut 105. respicit. Idem scilicet apud Homerum subinde est φύη, quod ὅσα, seu Σεία φύη, monente Porphyrio *Quæst. homeric.* 16. vt in præstantissima illa Homeri editione, quam s. v. ERNESTI nouissime excudi curauit, ad Odyss. a. 282. notatum video. Dubium plane nullum est, quin Suidae h. l. de omni seū oraculo sermo sit, idque ab illo Διὸς φύη dici. His positis, quid quæso locus Homeri a Suida adductus, qui Il. β'. 93. 94. exstat, ad rem praesentem confert? Fallitne lectorem subobscurus ille allegandi modus, quo usus est Suidas? Ita sane est. Sic nimurum Homerus l. c. verba sua disposuit: — — μετὰ δὲ σφίσιν Ὁσα δεδήτι, Ὄτερόνοστ' ἵέναι, Διὸς ἄγγελος — — . Ita omnino adducendus fuissest hic locus, & quis est, qui non videat, verbis a Suida adductis nullam plane probandi vim inesse? Homerus enim non de voce diuina, aut, si maiueris, de omni vēl oraculo, sed de Fama, quam h. l. *Iouis nunciam* appellat, loquitur. Venustatem quae in hoc loco maxima est, peritissimus harum rerum arbiter, CLARISSVS, ad l. c. egregie exposuit, & digno hoc encomio ornauit: „Mira cum sublimitate atque ἐργείᾳ exhibet ista „*Imago*, quam celeriter, quamque ardenti studio per uniuersum exercitum delata fuerint Imperatoris mandata. „ Haec vt existimo, iis quae supra dixi, confirmandis, sufficiant.



cient. Ne vero iniquus Suidae aestimator esse videar, obseruationi huic finem imponam verbis illis, quibus KÜSTERVS in Prooemio ad Suidae Lexicon usus est. „Exempla, inquit, quae ex Scriptoribus veteribus adducuntur, sexcentis in locis a capite articuli aliena sunt, nec quicquam faciunt ad probandam significationem vocis propositae. Sed istius rei culpam non tam in Suidam confero, quam in eos, qui varia auctorum loca Lexico huic vel ipsi assuefrunt, vel ea, quae ad marginem scripta erant, absque iudicio & delectu in textum receperunt. Multa enim esse apud Suidam loca, quae ex margine in textum irrepressint, & imperitiam librariorum manifesto prodant, nemo nisi plane in hoc Lexico hospes negabit. „

§. VI.

Nec ubique satis sibi constat Suidas (§. II.). Nolo quidem laudibus Suidae, quem maximi facio, quicquam detrahere, atamen non possum, quin huius quoque naeui paucis mentionem faciam. Parum sane sibi constat, ne quid gratius dicam. Saepissime humani aliquid passus, & eorum, quae iam alio loco dixerat, immemor, a contradictionibus non plane immunem se praestitit. Haec omnia tamen ignoscenda esse puto Viro alias de posteris egregie merito. Meum vero erit, quem reum feci, non tam excusare, quam argumentis coarguere. Quod ut efficiam, primum in hoc genere exemplum, quod se offert, in medium profero. Carmina coniugalia, seu Σκολια, recepto apud Graecos more, cantilenae Admeti & Harmonii vocabantur: qua de re consulendus est vetus Aristophanis interpres ad *Vesp.* v. 1231. p. 321. edit. KÜST. & ad *Acharn.* v 977. p. 270. Haec lucem assundunt iis, quae Suidas post vocem "Admetos obleruat: 'Αδμήτου μένεσ, νοῇ Αγριόδιου,

*enī*

ἐπὶ τῶν ἔργων καὶ ἐνσόλων. τοιαῦτα μὲν γάρ καὶ τὰ σκολία  
λεγόμενα. Reče a Suida haec dicta sunt. An vero sibimet  
ipſi conſtat Noster, dum alio loco, quo de Harmodio lo-  
quitur, (v. 'Aequōdios) ſententiam oppofitam defendit? Ita  
enim l. cit. loquitur: 'Αρμόδιος μέλος ἐπὶ τῶν δυοκόλων. τὰ  
γάρ εἰς 'Αρμόδιον μέλη ταιαῦτα ἔσιν. Vel me non monente  
vnuſquisque videt, bonum hic dormitaffe Suidam. Miſſo  
hoc exemplio, cuius infra iterum commemorandi occasio  
erit opportuna, aliud adiicio. Adagium illud, Διὸς Κόρη-  
θος, Suidas sub litera Δ de iis usurpari obſeruat, qui eadem  
ſaepius repetunt. En ipsius verba: Διὸς Κόρηθος ἐπὶ τῶν  
τὰς αὐτὰ λεγόντων παρομίᾳ. Reliqua huius Glossae verba,  
quae ad historiam huius prouerbii tantum ſpectant, & ex  
Scholiasta Aristoph. ad Ran. v. 442. p. 136. ed. KÜST. defum-  
ta ſunt, breuitatis cauſa omitto. Longe alia vero eſt ad-  
agiū iſtius interpretatio, quam Noster ſub litera O. ſuppe-  
ditat, vbi his verbis rem expedit: 'Ο Διὸς Κόρηθος πα-  
ρομία ἐπὶ τῶν πάλαι μὲν ἐντεαγνυσάντων, ὑπερον δ' οὐ παλαιά  
ἀπαλλαξάντων. Priorem expofitionem posteriori longe  
praeferendam eſſe existimo: tantum apud me valer Hefy-  
chii autoritas. Ita enim iſte: Διὸς Κόρηθος παρομία ἐπὶ<sup>τῶν τὰς αὐτὰ λεγόντων καὶ προττόντων.</sup> Accedit Aristophanis fide dignum teſtimoniuſ. Nam praeter ea, quae In-  
terpres illius, loco ſuperius citato ad illuſtrandam hanc for-  
muſam adſert, ex ipſo Poëta ſatiſ appetet, illo ſenſu, quem  
Suidas ſub littera Δ proponuit, potiſſimum in uſu fuiffe hoc  
adagium (vid. Aristoph. Eccles. v. 822. & 823.). Digreſſio-  
ne facta paucis adhuc in originem huius prouerbii inqui-  
ram. Plurimos ortum illius ad Aletam quendam referre  
video, qui impulſu oraculi dodonaei primus Corinthum  
occupaſſe, eamque poſtea Iouis Corinthum appellauiſſe dici.



tur. Vetus Pindari interpres, Pausanias, aliique qui de hoc Aleta loquuti sunt, huic sententiae omnino patrocinari videntur. Sed, nisi magnopere failar, iusto longius petita est, primamque originem loco Hesychii perperam intellegendo debuit. Hesychius enim illustrato adagio Δέξεται ναὶ βόλον Ἀλήνης, quod ex eunte glossa commemoratur, pertinent. Ad hanc diuersorum adagiorum minus aptam combinationem natales suos, ut existimo, refert, ista a plurimis, quantum scio, recepta opinio, quae autem mihi parum commendationis habere videtur. Malim originem huius prouerbii a cultu & veneratione Iouis deriuare, quem inter Corinthios, si a Venere discesseris, maximi aestimatum fuisse, nummi docent. Huius generis nummos ex familia Aebutia recensuit vir de re nummaria olim egregie meritus c. s. LIEBE Goth. Nummar. sive Thef. Frider. p. 213. Vnius tantum ex his prisci aeni monumentis descriptionem adiiciam, ne fide carere videatur haec quam protuli sententia. In priori nummi parte Iouis caput barbatum oculis subiicitur, cum inscriptione, quae nummum hunc Corinthi cusum esse docet, CORINTBUS. Auersa pars sifit coronam ex apio, ut videtur, contextam, quae literas complectitur: *Publio AE-BUTIO Cato PINNIO IIVIRIS.* Ioui autem Capitolino templum a Corinthiis exstructum fuisse, testis est Pausanias in Corinthiac. l. 2.

### §. VII.

*In iis quae ad Historiam pertinent, nimius est Suidas, Et res sua natura diuersas saepius commiscet (§ II). Iam dudum fuerunt, qui hoc in Suida reprehensione dignum putarent. Laude quidem non priuandus est, quae illi ob labo-*

labores, quos in colligendis antiquae historiae monumen-  
tis subiit, iure debetur. Eheu quam multa ignoraremus,  
nisi Suidas indefessa opera & herculeo labore, quicquid  
ad posteros transferri dignum putabat, ex vasto Scriptio-  
rum numero collegisset! Ex autorum a Nostro adducto-  
rum, qui ad haec usque tempora peruererant, multitudo-  
dine, ne de illis dicam, quorum monumenta iniquo fato  
perierunt, indicari potest, quantum fuerit eius studium,  
quantamque librorum copiam non perlustrare solum, sed  
in usus quoque suos conuertere debuerit. Utinam talem  
semper se praestitisset, qualem illum depingunt, qui nae-  
uos eius aut ignorant, aut profiteri nolunt. A partium  
autem studio qui satis est remotus, & Nostri effigiem, ut  
est, non ut esse deberet, viuis ut aiunt coloribus expri-  
mere vult, is liberrime fatebitur, Suidam saepissime sui  
dissimillimum esse, & aliena quasi forma apparere. Quod  
alias in eo miramur ingenium, ob defectum iudicii, laus  
esse desinit. Imperitum haud raro egit compilatorem,  
quicquid etiam obganiant, qui culpam omnem in neote-  
ricos, ut dicere solent, critici nominis aemulos deuoluunt.  
In iis potissimum, quae ad Historiae late parentes fines per-  
tinent, non solum nimius est, sed parum quoque fidus co-  
mes dici potest. Nominum similitudine, nimia ad cre-  
dendum facilitate, aliorumque praeconcepta animo auto-  
ritate, eheu quantopere Suidas se decipi patitur! Hinc fa-  
ctum est, ut centies in errorem delapsus nubem pro Iuno-  
ne amplectatur, fallaces sequutus duces incertos lectores  
opinione citius fallat, grauitate meque subinde in referendis  
virorum eiusdem nominis, licet alias diuersorum, factis,  
peccet. Eodem modo res sua natura a se inuicem abhor-  
rentes, in unam, ut ita loquar, massam conicit imaque

mutat summis. Quae iam dicta sunt, maxime probatio-  
ne egerent, nisi iam ab aliis omnium oculis essent exposita.  
Otium mihi imprimis fecit KÜSTERVS, fide haud indig-  
nus arbiter. Ut vt Suidam suum encomiis ornauit, & in  
naeuis eius indicandis parcus fuit, haec tamen vitia silen-  
tio inuoluere nec potuit, nec debuit. Hanc eius *αβλεψιν*  
satis acerbe notauit, & exemplis abunde comprobata de-  
dit KÜSTERVS in Prooemio ad Suidam.

## §. VIII.

Quae hucusque pluribus dicta sunt, ad indolem hu-  
ius glossarii suo iure referuntur. Quae reliqua sunt, bre-  
uitatis causa paucis complectar. Huc pertinet *primo*,  
multa in hoc glossario loco alieno & minus apto cumulari,  
quae tamen suo loco, frusta quaeſueris; *deinde*, quae  
iam dicta erant, terque quaterque repeti; & *denique*, arti-  
culos saepius absque vlla interpretatione adponi. Singula  
breuissime illustrabo. A postremo vt ordiar, glossam in  
medium prodire iubeo, 'Ev' *Αργυροί*. Praeter has duas vo-  
ces nihil quidquam ad illustrationem additur. Talia quid  
iuuant lectorem, nisi admoneatur, vnde sumta sint? KÜSTE-  
RVS ad h. l. Stephanum v. *Αργυρα*, & quae Holstenius ibi-  
dem annotauit, conserri iuber; quae tamen obſervatio  
illum, qui Stephanum consulere nequit, parum instruet.  
Ipſemē fariſ diu ignorabam, quid Suidas his verbis innu-  
ere voluerit, donec in locum Homeri Il. β' 783. (Bowt. 290.)  
inciderem, vnde Noſter haec desumſit, quae tamen expli-  
catione non indigere putauit. Plura, fateor, ab hac glosſa  
pendere, putaueram. Hinc studii ineruendo eius sensu ad-  
hibiti me statim poenituit, cum verba Homeri nude hoc lo-  
co adposita viderem. Huius generis glosſae, quarum satis  
multae in Suida occurrunt, loco suo potius deciici, quam  
iterum

iterum typis exscribi deberent. Eiusdem indolis sunt articuli isti Ἀκεπούντια, ἀκεπούντια δέ; nec non Περιγράφωνται, & Πετενῶν καὶ πετενῶν, aliisque. Ad earundem rerum inanem repetitionem quod attinet, conserat, cui otium est, articulos Ἀβολήτων, Γνώμων & Ἡλιοτρόπιον, nec non Ἀζείδες cum Ἀζεῖται, ac Ἀμητὸς cum Τεύχης caet. Quid supereft, Suidas quoque multa in hac illaue glossa cumulat, quae suo loco aut frustra quaeruntur, aut breuissime notantur. Vrriusque generis exempla dabo. Ad v. Ἀράσατοι omnia fere nomina placentarum, quae Graecis in vsu fuerunt, recenseret, singula vero loco suo partim omissa, partim leuiter notata video. Qui de παρόχοις, seu paronymphis Graecorum, & de ritu, quo sponsae in sponsi domum deducebantur, institui voluerit, illum neque glossa ad v. Πάροχος, neque aliae in quibus tale quid exspectari posset, satis edocebunt: multa vero quae huc pertinent, ad v. Ζεῦς ημίουντος, loco omnium minime opportuno cumulantur. Ita etiam, si scire velis, quid Θύσαροι fuerint, pauca quidem ad v. Θυσάροις, plura vero in Glossa v. Θελαμβός inuenies.

### §. IX.

Hactenus de nauis Suidae fere vnice sermo fuit. Iam quae in Glossario eius bona, laudeque digna sunt, enumeranda essent. Haec si pro rei dignitate exsequi vellem, iusto diutius in limine subsisterem. Vela itaque contraho, ne specimini obseruationum miscellanearum, cuius causa haec tota disputatio instituebatur, locum praeripiām. Quae antea contra Suidam monui, non in hunc finem proposita sunt, vt nihil omnino boni Glossario eius inesse dicam. Absit longissime. Lectionem eius omnibus iis maxime commendandam esse existimo, qui solidae graeca-

rum



rum literarum cognitionis sunt cupidi. Quae supra (§. VII.) de multiplici Suidae eruditione & insigni eius studio dixi, satis comprobant, me non iniquum iudicem agere voluisse. Summum potius Suidae statuo pretium, eumque optime de posteritate meritum esse lubens concedo. Quamcunque enim excolere volueris disciplinam, eius auxilio, si ad solidiorem doctrinam adspires, vix carere potueris. Haec autem, cum pluribus persequi nequeam, ad ea, quae in hoc Glossarium speciminis loco contuli, pedem nunc moueo.

SPECIMEN  
OBSERVATIONVM MISCELLANEARVM  
IN SVIDAM.

*\*Αὔτος ἀβλαβής.* Adde ἐπιβλαβής, οὐ πολυβλαβής. Vtramque enim significationem iam notauit vetus ille Homeri interpres ad Il. ξ. 271. Videndum quoque est praeter Hesychium, Eustathius loco isto, quem Portus ad Suidam adduxit. Si autem ἀύτος idem est quod ἐπιβλαβής seu βλαβερός, rectius, ut existimo, cum à triplici scribitur, quia scilicet hoc significatur, πάχει τὸ αὔτοι, τὸ βλέψαι descendit, addito à intensio. Plura dabit Eustathius ad Homeri Odyss. φ. 91. & χ. 5.

*\*Αβλαβώμενος πατήσει ἐγέρσεως. τὸ μὲν γάρ Ἀβλαβῶ σημαίνει πατήσει τὸ δὲ Κούμη, ἔγερσι. κ. τ. λ.* En glossam satis lepidam, ex Patrum aliquo, monente Pearsonio, excerptam. Multa huius generis in Suida occurunt, quae satis magnam linguae hebraicae ignorantiam produnt. Vide quae Noster ad vocem Ἀβλαβῶ, & Ἀκανθά congeffit, quibus addenda est glossa ad v. Γαλιλαῖα. Eandem fere nominis huius interpretationem exstare video in graecis Fragmentis

tis libri nominum hebraic. apud Origenem, Tom. II. edit.  
martian. p. 113. 114. „Αμβακούμ, πατήρ ἐγείσων. „ Hiero-  
nimus haec satis inique interpretatur, *Abacuc amplexans*.

“Αβάτον ιερόν ἀπρόσιτον, ἔρημον. Loca sancta ad quae  
non vnicuique aditus patebat, ἀβάτα vocabantur. Hoc  
quidem sensu voce ista utitur Dio Cassius, cuius haec de  
Cleopatra verba sunt. l. 51. p. 636. ed. reimar. πολὺν πλοῦ-  
τον — μηδενὸς, μηδὲ τῶν πάντων ἀβάτων ιερὸν Φειδομένην, ἔθεοιζε.

“Αβίος — Quae ad hanc vocem annotauit Suidas, ex  
Harpocrationis Lexico descripta sunt, ut iam Küsterus vi-  
dit. Emendanda autem sunt ex illis, quae Phil. Iac.  
Maussacus in Notis ad Harpocrat. p. 9. monuit. Locus  
Homeri, ad quem Harpocration prouocat, Il. λ' 155. obui-  
us est, ad quem omnino vide Porphyrium *Quæst. Home-  
ric. 26.*

“Αβάτητα βέλη τὰ μὴ πεμφθέντα εἰς τεῖστιν κ. τ. λ. Eo-  
dem sensu Homer. Il. δ' 116. 117. ίὸν αβάτητα dicit, ut iam  
Küster. ad h. v. obseruauit. Addendus est locus home-  
rico simillimus, ex Apollonii Rhod. I. III. v. 279. vid. Ge-  
org. d' Arnaud Leßt. Graec. ad Hesychium l. 1. c. 1. Ca-  
non ille grammaticus, quem Suidas praeeunte, ut existimo,  
Etymologici M. autore, ad h. v. protulit, Τὰ εἰς σ' λίγοντα  
— εἴτε εἰς ας, coniungi debet cum iis, quae Eustathius ad  
Il. i. 9. de Genitiō nominum oxytonorum in σ' exeuntium,  
egregie obseruat. Verba eius h. l. inserenda esse putaui,  
ne, qui Eustathium adire nequeunt, canone hoc plane de-  
stituantur. Hic vero est: Τὰ εἰς ης διασύλλαβα σέντονα, εἰ-  
ς χοντα | περὶ τοῦ ή σώματον, εἰς οὐς περιστονα κατὰ τὴν γε-  
νικὴν σαρκός πέμπους κ. τ. λ. Pluribus illustratum vide  
hunc Canonem apud Eustath. l. c. p. 110. ed. florent. Alex.  
Politi.

'Αβληχεὸν αἰθενὲς· Βληχεὸν γαρ τὸ ἰχυρὸν κ.τ.λ. His non ex omni parte respondent ea, quae Suidas infra ad vocem βληχεὸν attulit. Locus Homeri ad quem Aelianus ex Suidae mente respicit, exstat quidem Odys. λ'. ut monuit Küsterus, at non v. 234. sed v. 134. Recurrit quoque Od. ψ' 282.

'Αβρογάσιν Φεδύγγος κ.τ.λ. Idem etiam 'Αβρογάσιν vocatur a Zosimo l. 4. Videndum etiam est Eustath. ad Hom. Il. ε'. vbi pro αἴροβάσιν lege αἴρογάσιν.

'Αβύδος πόλις. ἐπὶ συκοφάντου τάπτεται ἡ λέξις, διὰ τὸ Ιονῖν συκοφάντας ἔντι τὸν 'Αβυδηνούς. Eadem fere sunt, quae Eustathius ad Il. β'. 836. (Ερωτ. v. 343.) de Abydenis refert, quibus nonnulla ex Pausania, alisque scriptoribus admiscent, lectu omnino dignissima.

'Αβυράκην ὑπότεμνα βαρεβαριῶν κ.τ.λ. Suidas infra ad v. Κάιδυλος paucis obseruat, Abyrtacen fuisse cibum ex leguminibus fresis confectum. Cibi huius meminit etiam Pollux Onomast. l. VI. segm. 56 66. edit. hemisterh.

'Αγαθῶν ἀγαθῖδες τάπτεται ἡ παροιμία παρὰ τοῖς Κωμι-νοῖς ἐπὶ τῶν πολλῶν ἀγαθῶν κ.τ.λ. Proverbii huius meminit etiam Pollux Onomast. lib. VII. Segm. 31. verbis hisce: Πηνον ἀγαθῖς. Ζεν καὶ παροιμία, ἀγαθῶν ἀγαθῖδες, ἡ πλει-σὴ πέχεσσιν οἱ Κωμινοί.

'Αγάσσεος αἰδελοῖο, ὄμαιμοι, δίδυμοι. Iul. Pollux l. III. c. II. Segm. 23. eos omnes, qui ex eadem matre nati sunt, ὄμοργασσος, nec non ὄμοργάσσος appellat. Posteriorem vocem satis apposite cum hac, quam Suidas adhibuit, conserri posse putauerim. Litera enim initialis α in voce ἀγά-σσεος arctissimum coniunctionem insinuit, & ad vinculum illud spectat. quod non modo inter gemellos, sed inter omnes quoque germanos fratres intercedit. Qualis etiam est

est usus eiusdem literae in ἀγέλαιτες. Hinc Scholiasta Ly-  
cophronis, quem a Küstero ad h. v. citatum video, pro ἀ-  
γελάων recte substituit ἀμογατέρων.

'Αγελάιος ίδιωτης. — "Εἰν δ' αὐτὸν ἐν μεταφορᾷς τῶν ἀγε-  
λάων ςών" ή ἀπὸ τῶν ιχθύων, οὓς βόσκεις ἔνδην καὶ ἀγεληδὸν  
φασι. Haec ut tot alia Suidae, ex Harpocratiorne desumta  
sunt, quod a Küstero, non notatum esse, haud magnopere  
miror, rarius enim Küsterum ad fontes ipsos accessisse vi-  
deo. Ut vero appareat, quaenam Suidae in excerptis  
aliorum locis fuerit ratio, (§. V. Prolus.) ipsa Harpocratio-  
nis verba adponere luet. Ita scilicet ille ad v. 'Αγελάων:  
Η μεταφορᾷ ἀπὸ τῶν ἀγελάων ςών, ἡ βόσκεται εἰς ἀ τύχοι  
χωρία. Η ἀπὸ τῶν ιχθύων, οὓς διαβόσκεις φασι ἔνδην καὶ  
ἀγεληδόν.

'Αγείρεις ὁ χωλός. En glossam, breuem quidem, sed  
maxime obscuram, quae dudum Criticorum ingenia exer-  
cuit. Quis quoquo graecarum literarum vel leui cognitio-  
ne imbutus, vocem ἀγείρεις idem quod χωλός esse dixe-  
rit? Melius omnino Hesychius: 'Αγείρεις αἴθροτας, συν-  
αξεις. Quid itaque de hoc Suidae loco statuendum e-  
rit? Portus & post hunc Küsterus, vitium in voce χωλός  
latere putarunt. Küsterum adeo sibi a Porto, harum re-  
rum minus apto arbitro, imponi passum fuisse, iure mira-  
mur. Quicquid sit, res ipsa tamen id loquitur. „Locum  
„hunc esse corruptum, inquit, recte monuit Portus, qui  
„pro ὁ χωλός legendum putat ὁ πτωχός i. e. pauper; quod  
„non displicet. Significat enim τὸ ἀγείρειν, colligere & cor-  
„rogare stipem, quod mendicorum est: & ipse Suidas in-  
„fra τὸ ἀγείρειν (quae vox secundum Grammaticos ἀπὸ τοῦ  
„ἀγείρειν originem dicit) exponit πτωχός. Potuit tamen  
nemiam Suidas scripsisse, 'Αγείρεις ὁχλαγωγός; quoniam

„Hesychius vocem ἀγέρτης sic interpretatur, addens, ἐσι δὲ  
 καὶ ὁ ἀγέρτων ὄχλος. „ Multi quidem haec tanquam ex  
 tripoде dicta arripuerunt, mihi vero, ut dicam quod res  
 est, minus placent. Non adeo desperatam esse existimo  
 vocis χωλῆς caussam, ut contra Küsterum & Portum, de-  
 fendi prorsus nequeat. Vindicias eius postea suscipiam,  
 si alius cuiusdam sententiae paucis antea mentionem inie-  
 cero. Audacior, sed nescio an Küstero felicior, fuit Ven.  
 ALBERTI, Vir de literarum graecarum cultoribus egregie  
 meritus. Is nihil in hoc Suidam loco mutandum esse sta-  
 tuit. Hanc eius sententiam esse, ex *Miscellaneis Criticis in*  
*Suidam*, Glossario graeco in sacros N. F. libros subiunctis,  
 p. 267. perspexi. Nouam Vir Cl. ingressus est viam, quae  
 tamen, si quid video, a recto trahite iusto longius aber-  
 rat. Haec sunt illius ad hanc glossam verba: „Nihil mu-  
 tantum. Respicit Ioseph. Bell. iud. VI. 12. sive, V. II.  
 pp. 355. edit. Hauerc. Ἀγέρτης. sive χωλεύς, ὅπερ συμφένει  
 ωχωλῆς. scil. a ΝΕΙΓΩν vt bene obseruat Clar. Relandus.  
 „conf. eiusd. Palast. pag. 95. „ Hactenus Vener. Alberti.  
 Nescio, an Iosephi autoritate in rebus huius indolis stare  
 possimus. Me quidem iudice, Iosephi testimonium in  
 rebus quae ad Critices studium pertinent, leuioris est  
 momenti. Nec ad Orientis linguis facile confignien-  
 dum esse existimo, quamdiu nominibus graecis ex ipsa  
 hac lingua praesidium comparari poterit. Et quod haud  
 leuem suspicionem mihi mouet, ne ipse quidem Vir  
 Clar. in splendidissima illa Hesychii editione, quam anno  
 MD CXLVI. Lugduni Bat. edere coepit, sententiae in *Mi-*  
*scellaneis* olim ad h. v propositae, mentionem iniicit. Fal-  
 lor itaque, aut ipsum sententiae huius, utpote iusto longius  
 petitae posthaec poenituit. Nunc denique meam de hoc  
 loco

loco sententiam, quae a nemine, quantum scio, hucusque  
 proposita est, eruditus lectoris oculo subiiciam. Ο χωλὸς,  
 si quid video, vitio non laborat; corrupta autem, & loco,  
 suo mota esse videtur, vox ἀγένειας. In hac, ut existimo,  
 latet vitium. Eius loco legere malim ἀχείρος, qua voce  
 Graeci de illo, qui manibus caret, plerumque vtruntur.  
 Alphabeticum literarum & glossarum ordinem hoc modo  
 turbari, haud obiiciet, qui nouerit, idem hoc in Suidae  
 Glossario saepissime fieri (Prolus. §. III.). Coniecturae  
 huic quid obster, nihil quidquam video, praeter ipsam vo-  
 cis χωλὸς significationem. Erunt, quibus a loquendi vſu  
 recedere videar, & qui eos tantum χωλοὺς dictos esse exi-  
 stiment, qui vel pedibus plane careant, vel vitio eorum  
 laborent. Hi fere erunt illi, qui linguae Graecae cogniti-  
 one leuiter tincti sunt; ne tamen his quoque facum fecisse  
 videar, vel tribus verbis monendum esse existimo, eos,  
 qui aut manibus carebant, aut earum vitio laborabant, a  
 Graecis etiam χωλούς dictos esse. Si in re minus obscura  
 longus esse vellem, plura hoc loco adduci possent, quae  
 tamen iure omitto, cum iam Eustathius otium mili fece-  
 rit, qui in Commentario ad II. β. 217. de multiplici vocis  
 χωλὸς apud veteres vſi pluribus disputat. Ipse Suidas ad  
 vocem χωλὸς obseruat: Χωλὸς καὶ ἐπὶ ποδῶν καὶ χειρῶν.  
 — — — Καὶ κυλλὸς εἰ Ἀττικὸς ἐπὶ ποδῶν καὶ χειρῶν ἔμοιστος.  
 Addo Iul. Pollucis testimonium side haud indignum, tum  
 illud, quod Onom. I. II. c. 4. Segm. 152. exstat: „Ιππώναξ  
 „δὲ χειρόχωλον (ἀσύματε) τὸν τὴν χειρα πεπηρωμένον, „tum il-  
 la, quae I. IV. c. 25. Segm. 188. leguntur: „Εὔπολις δὲ καὶ τὸν  
 „τὴν χειρα πεπηρωμένον, χωλὸν ἐλέγουεν.“ Vide Jungermanni  
 notam ad posteriorem Pollucis locum, Tom. I. p. 465. edit.  
 bemsterb.



'Αγηλατεῖν ὡς ἄγος καὶ ἐναγεῖς τινας ἀπελαύνειν. Duplex est verbi huius, ut Suidas in sequentibus recte monuit, significatio. Si enim cum spiritu aspero scribitur, idem est quod piacula expellere, si vero tenui, simpliciter denotat expellere, seu arcerre. Ita quidem postrema Suidae verba intelligenda sunt, εὖ δὲ φιλῶς, οὐτὶ τοῦ ἀπελάσειν: nec video cur Küsterus pro ἀπελάσειν ex Sophoclis Interpretē βασιλέουσαν aut potius βασιλέουν substituat. Emendanda etiam sunt prima huius articuli verba, quae Suida praeente sic legere mallem: 'Αγηλατεῖν ὡς ἄγος κ. τ. λ. Plura in hanc rem concessit Alex. Politus, Vir de elegantioribus literis praecclare meritus, cuius haec sunt verba in notis ad Eustathium, p. 959. „Suidae verba sic intelligo, ut scribendum sit ἀγηλατεῖν cum adspiratione, si idem hoc est, atque τὸ ἄγος ἀπελαύνειν ἀγηλατεῖν vero, cum spiritu tenui, si ἀπλῶς suumitur pro ἀπελαύνειν. „

'Αγλωττία ἕπυχα, σωπή, καὶ ἀγλωσσος, ὁ ἄναυδος, ἄφωνος. Adde βάρεβάρος, ut Hesychius ad vocem ἀγλωττοι monuit. Hoc sensu usus est voce ista Sophocl. in *Trachin.* v. 1070. Vide Georg. d' Arnaud Lect. Gr. p. 3.

'Αγορά: ή ἐπικλητια: ὅδειν ὁ Νέσωρ ἀγορητής. Respicit Suidas ad II. α' 248. δ' 293.

"Αγος: μασμα -- τίμιον καὶ ἀξιον σεβασματος. Sunt, qui scribere malint, ἄγος cum spiritu aspero, idque iure, cum vel ab ἄγοις, vel ex Eustathii mente ab ἄξω veneror, deriuata sit haec vox. Loco, quem Suidas ex Thucydide allegauit, alium addo ex Dionis Cassii l. 44. cap. 5. vbi inter honores Caesari decretos, refertur, ὅπως ἀντις ή ἔργῳ ή λόγῳ αιντὸν μέρεστη, λεόδε τε ή, καὶ εἰ τῷ ἄγοι ἐνέχηται, ut, qui ei vel re vel verbo iniuriam intulisset, sacrilegii ac piaculi reus existimaretur.

Αγεώ.

*Αγρέωσσων τὸ μέγενον -- Ομηρος' Ἰχθύς αἰγαίωσσων.*  
Exstat locus Hom. Od. ε' 53 vbi Schol. σιγεώσσων. Θητεύων,  
σιγεένων.

*Αγνιζει -- Αγνιεύς δέ ἐστι κίλον εἰς ὅξυν λάγων, ὁι ιτάτι πρό*  
τῶν θυρῶν. κ. τ. λ. Egregie hunc locum ex Aristophane &  
Phorio illustravit Küsterus. Plura suppeditarunt Eustath.  
ad Hom. II. β'. 12. Maussacus ad Harpocrat. & Stanl. ad  
Aeschyl. Agam. v. 1090.

*Άδελφίζειν -- Άδελφίζειν, αὐτὶ τοῦ αδελφὸν καλέειν. Ου-*  
*τως Ἰσοργάτης, καὶ οἱ Μιλησίος Ἐκαταῖος, καὶ Ἀπολλοφάνης ἐχε-*  
*στατο. Haec ut multa alia ex Harpocratōne desumfit Sui-*  
*das, cuius excerpta cum fonte diligentius conserre debuiss-*  
*et Küsterus. Ita enim Harpocration, adductis locis auto-*  
*rūm, quos citat: Άδελφίζειν αὐτὶ τοῦ αδελφὸν καλέειν παρ' Ἰσο-*  
*χράτες ἐν Ἀργυρητῷ καὶ Ἐκαταῷ τῷ Μιλησίῳ, ἐν β' Γερεαλογιῶν,*  
*καὶ Στραττῷ καὶ Ἀπολλοφάνει, ἐν Ιφιγένοτι. Secuti sumus*  
*emendationes quas Cl. Maussacus in Not. ad h. I. p. 15. ex*  
*Stepano & Casaubono proponuit.*

*Άδιάτατον -- εἶπεν. Haec omnia αὐτολεξεὶ ex Har-*  
*pocratōne desumfit Suidas.*

*Άδεσσεις. Άδεσσεις. Hoc sensu opponitur αἰδενεῖαι seu*  
*infirmitas, τῇ εὐδρανείᾳ seu robori. Hinc illustratur locus*  
*Sap. XIII. 19. Τὸ (ut in edit. τῶν LXX. breitinger. minus*  
*recte legitur, pro τὸν) αἰδενεῖατον ταῖς χερσὶν εὐδρανεῖαις αἰ-*  
*τεῖται.*

*Άδρεσσα Νέμεσις ἡν δύν αὖ τις αἴποδεσσειν. Eadem*  
*habet Hesychius ad h. v. Hanc quoque Pausaniae fuisse sen-*  
*tentiā, ex Eustathii Comment ad Il. β'. 828 video, qui*  
*Nemesin sic dictam esse perhibet, απὸ τοῦ μηδεν αὐτὴν αἴπο-*  
*δεσσεῖαιν, ex eo quod nulla plane res eam effugiat; aut,*  
*ut aliis placuit, διὰ τὸ τῆς θεᾶς δίκης αἴποδεσσον siue αἴρυ-*  
*πτον,*

πτων, propterea, quod nemo diuinam ultionem euitare, aut effugere possit. Nec alia fuit sententia Aristotelis, aut eius, qui librum de mundo, ab Apuleio in latinam linguam translatum conscripsit. Ita enim Apuleius l. c. p. 75. edit. Elmenhorst. „Nemesin (vocant graeci fatum.) quod vnicuiusque attributio sua sit adscripta. Adrastea (etiam vocatur) eademque ineffugibilis necessitas ultionis. „ Hunc Apuleii locum leuiter tangit Ant. M. Saluinus ad Eustath. p. 769. edit. flor. et.

Ἄρεασιον εἰ μὲν — — ὡς ἀπὸ Ἀρέασον τινὸς ιδευμένου. Ad haec Suidae verba obseruat Küsterus „Sic etiam apud „Harpocrationem. Sed meo quidem iudicio locus iste „non satis integer, nec sanus est: quem proinde ex Eustath. „sic restituendum putem: ἀπὸ Ἀρέασον Μυσοῦ, ιδευταμένου αὐτῆς λέγον „ Restituerat iam h. l. Maussacu, eumque sic emendauerat: ἀπὸ Ἀρέασον τινὸς βασιλέως ἐκ τινῶν μαντεῶν ιδευταμένου λέγον Νεμέσεως κ. τ. λ.

Αεκήλια — — "Ομηρος' αεκήλια ἔργα. Hanc vocem Homero admodum familiarem esse, Kusterus ad h. l. obseruat, quod tamen restrictione quadam opus habet. Vox αεκήλιος quidem Poëtae familiaris est, sed non memini, me unquam in Homero legere αεκήλια aut αεκέλια ἔργα. Non dubito, quin legendū sit: "Ομηρος' αεκήλια ἔργα. Respirat, si quid video, ad locum II. σ. 77. Σεῦ ἐπιδενομένους παθέειν τ' αεκήλια ἔργα. Vbi Scholiaſt. αεκήλια. δεινά. ή ταῦτα ήτυχας ἀξία. ταχεῖχδη.

ΑΕΤΟΣ" σικόδομημάτων τὸ πατέρα τὸν ὅροφον, ὃ τινες σιέτωμα καλοῦσιν. Haec iam ab Harpocratione obseruata esse Küsterus ne verbulo quidem commemorat. Additur apud Harpocrationem: 'Αριστοφάνους ὄρνιστας γάρ τινεν ὄντας, ἔργον πρὸς αἰτῶν. Locus iste Aristophanis, qui in Autib. V. 1110.

mo. exstat, paucis interpositis a Suida ad vocem Ἀετώματα citatur, sed corruptus est. Emendauit eum Küsterus in Notis ad v. Ἀετώματα.

Ἀγείθει τὸ ζέει, αἰγήσει δὲ τὸ Ἑγείθεις. Pro Ἀγείθει legendum esse existimo αἰγήσει. Ita enim Suidas infra: αἰγήσει τὸ Ἑγείθεις, αἰγήσει δὲ τὸ ζέει. Ad hunc posteriorem locum annotauit Küster. „Editio mediolanensis utroque in loco agnoscit τὸ αἰγήσει; sed τὸ αἰγήσει esse veram lectio-“nem non dubito. „

Ἀγηνιεύς. Ἀγηνία — Φυλέτης ἀγηνιεύς. Vox prima αἰγη-  
νιεύς delenda est. Quis enim sit Ἀγηνιεύς, docet Suidas ex-  
eunte hoc articulo. Quae de oppido Azenia h. l. adduxit,  
ea omnia ex Harpocratone descripsit, qui insuper ad Ae-  
schynis Orationem contra Ctesiphontem prouocat.

Ἀγῆτης ὁ ἀνέρος. Mallem legere ἡ αἰγέμου πνοή. Hoc  
enim significatu αἴτης voci ἀνέρος addi solet. Ita Homers  
Il. Σ'. 254. "Ορτας' αἰγαλέων αἰγέμων ἐπὶ πόντον αἴτας. Vbi  
Schol. αἴτας' τὰς τῶν αἰγέμων πνοάς. conf. Il. ο'. 626. & Od.  
Σ'. 567.

Ἀθηναῖα ἡ δὲ γυνὴ αἰσήν. Hesych. Ἀθηναῖας ἡ θεοῖς, φ  
δὲ γυνή. Suidas ex Hesychio, hic vero vicissim ex illo sup-  
plendus est. In Suida post Ἀθηναῖα, ex Hesychio ἡ θεοῖς;  
in hoc vero post γυνή, ex Suida αἰσήν subaudiatur. Sic nulla  
supererit obscuritas, quam vt tollerent, varias ingressi sunt  
